

# לְשׂוֹרֵז הַבָּאֵי

SIVE DE

## HYPERBOLE SACRA,

DISPUTATIO PHILOLOGICA  
GRADUALIS.

*Quam*

Ex Suffragio Ampliss. FACULT. PHILOS.

*In Regia Universitate Aboënsi,*

SUB PRÆSIDIO

*VIRI Pl. Reverendi & Celeberrimi,*

MAG. DAVIDIS LUNDI

L.L. Orient. & Græcæ Prof. Reg. Ord.

RECTORIS h. t. Magnifici.

*Publicæ bonorum ventilationi submittit*

LAURENTIUS FORBES/

Schol. Triv. Uhl. Con-Rector.

Die 3 Julii, An. M. DC. XCIII.  
*horis & loco solitis.*

---

Impr. apud Jo. LAURENTII WALLIUM.

*Officii dignitate, doctrinae claritate,  
& virtutum splendore*

**DN. JACOBO FROSTERO,**

Ecclesiæ Uhl. & ei annexarum Pastori Vigilantissimo; nec non distictus vicini Præposito Gravissimo.

**DN. M. LAURENTIO LITHO-**

VIO, Pastori Limingoënsis Ecclesiæ attentissimo, Avunculo qvibusvis officiis proseqvendo.

**DN. ZACHARIÆ ULHEGIO,**

Pastori in Ijo meritissimo, socero filiali obsequio perpetim colendo.

ECCLESiarum et politiæ  
PATRONIS EXIMIIS ET  
CUM VOTO BENEDI  
IN HUMILIS OBSEQVII  
OF  
MUNUS HOC CHAR  
BENEFICIIS NUMERO MUL  
DEVINCTUS,  
NOMINIS EORUM  
L.

RIS

expeditionis juridice prudenter  
ad prime conspicuis,

DN. ANDREÆ MATHESIO,

Judici Bothn. Territoriali ob legum  
peritiam dignissimo, & æqvitatem  
laudabili.

DN. HENRICO CORZEI

Consuli Urbis Brahææ spectatil-  
simo.

DN. GABRIELI GRAU

Consuli Civ. Uhloënsis prudentissi-  
mo, Præceptorि olim fideli.

IN BOTHNIA COLUMNIS,

FAUTORIBUS OPTIMIS,

CTIONIS OMNIGENÆ,

ET GRATI ANIMI PIGNUS

FERT

TACEUM LEVIDENSE

TIS PONDERE MAGNIS

CULTORQVE

ASSIDUUS, OFFICIOSUS

E.

IN DISSERTATIONEM  
Viri Reverendi & Clarissimi,  
**DN. LAURENTII**  
**FORBBEGI**  
Ostro-Bethn.

Scholæ Uhloënsis Con-Rectoris dexterimi, & Philosophiæ Candidati meritissimi, Fautoris & Amici sui plurimum honorandi,

GRATULATIO,

Quam, pro Gradu eruditè & solerter disputanti, brevem quidem impeditus, sed sinceram dedit,

**A**Γλαῦκα ἔργα τελῶν Μάσων τοιαῦτα ε-  
ταῖρε  
Οὐλβεν παμπακαρος τε Θεὺς οὐσίαις,  
ωφες ἀπανθων

Αὐθεόπων ἀεὶ δόξαν λήψη κε μεγίσην.  
Αλλὰ σὺ θεοπετοίσις ἐπέεσσος ἔυφρονι θυμῷ  
Πάντοτε δὲ ἔγκεισο. Βίον μὴν τρύχοε τερ-  
πνόν!

DAVID QUON DI  
Acad. h. t. RECTOR.



ירחון

1.



IT summus universi Conditor DEUS præstans-  
tissimum animantium Hominem productu-  
rus, lingvam ejus non  
saporum differentiis tantum, aliisq;  
usibus, brutis communibus, sed ad  
animi qvoque sensa verbis expri-  
mendum destinavit; ita Mencem lin-  
guæ directricem peculiari facultate  
res qvaslibet, tum ut in se sunt, æsti-  
mandi, tum nominibus indoli ea-  
rum adprime convenientibus insi-  
gniendi ornavit. Qvæ cum eas varie  
inter se affectas deprehenderet, simi-  
litudine in primis & harmonia, qvæ  
oculis ubique obversabatur pulchra

A

&

2

& admirabilis, commota, instigan-  
te natura, alliciente jucunditate, vo-  
cabula a nativa significatione in a-  
lias certo consilio transferre cepit,  
atque hac occasione tropicum fi-  
guratumve loquendi modum in ipso  
fere primordio rerum auspiciatavi-  
detur, in statu integritatis quoque  
illo, ni peccasset, usura. Huic ex-  
colendo mortales post lapsum ino-  
pia verborum pressi, & matris Na-  
turæ parsimoniam animadverten-  
tes, quod non nisi rudimenta artium  
hujusmodi nobis largiatur, exerci-  
tiis sedulis postmodum perficienda,  
cum vel novas res invenirent, vel  
elegantiam sermoni conciliare stu-  
derent, progressu temporis magis  
magisque incubuerunt, usque dum  
hunc æque ac artes liberales reli-  
quias certis præceptis comprehen-  
derent, &, qui eum profitebantur,  
ob plausibiles rerum descriptiones, &  
efficaciam in movendis hominum  
affe-

affectibus insignem Oratores & Po-  
etæ in rebus publicis salutarentur.  
Hac ratione labes illa communis  
præbuit multis in Rhetorica origi-  
nem, pluribus augmentum, quo  
tandem factum est, ut tropi ad fe-  
liciorem cognitionis rerum expo-  
sitionem inventi, elegantiæ & ve-  
nustati jam inserviant, non secus ac  
vestes ad conservationem corporis  
datæ primitus, jam usurpentur ad de-  
cūs & ornamentum.

## 2.

**H**is non tantum abundant libri, hu-  
mano, ingenii acumine compo-  
siti & colloquia quotidiana, sed ipse  
quoque Spiritus Sanctus in Sacra  
Scriptura loquens delectatur adeo,  
ut qui eos serio & pie in lingua in-  
primis Hebræa enucleare voluerit,  
quovis favo dulciores esse deprehen-  
det, tum ob consolationem, quam  
afflictis suppeditant dulcissimam  
tum

tum ob montes doctrinarum, ceu  
proverbium sonat Judæorum, qvi  
inde dependent. Nec mirum, cum  
id reqvirere videatur eloquentia il-  
la, qva uti voluit Spiritus Sanctus  
Tulliana longe nobiliore, ὑπεροχὴν  
λόγις ἀνθρωπίνης solam abominatus, ut  
**i.** Cor. 2. dicit Paulus, ne, vel Rhei-  
torum præceptis se adstringerent  
Θεόπτουσοι, vel lenociniis verborum,  
gratiam auditorum suorum capta-  
rent, ut in more positum erat apud  
gentiles, rerum de qvibus sermo in-  
stituebatur, exiguitatem & vilita-  
tem, facundiâ compensantes, unde  
nuda tantum opinio oritur, ruino-  
sum in temptationibus fundamentum.  
Ere quoque fuit occœcati intelle-  
ctus humani, usus troporum in Sacra  
Scriptura, ut cognitio mysteriorum  
hoc dicendi modo animis carnali-  
bus eo melius se insinuaret, admo-  
nitiones corda fortius percellerent.  
Ideo inter alia de se ipso sensibus hu-  
manis

manis remotissimo tories ~~etiam paternum~~  
 loquitur Deus, ut sibi ~~et iusticiam~~  
 quasi tribuat, & affectum erga ho-  
 mines, nunc paternum, nunc iusti  
 vindicis, velut oculis contemplan-  
 dum exponat & subjiciat. Adeo  
 certa hæc esse spero, quam quæ cer-  
 tissima, alioquin immane quantum  
 à tramite veritatis deflecteretur;  
 meræ tum occurrerent in verbo  
 DEI contradictiones, converteren-  
 tur animæ deliciæ in irritamenta  
 carnis, & quid non? cum si prim-  
 ordia hæresium altius repetere li-  
 buerit, sensum literæ dictis figura-  
 te intelligendis tributum non paucis  
 originem præbuuisse apparebit, fa-  
 bulis Judæorum scil. erroribus Chi-  
 liastrarum; somniis Anthropomor-  
 phitarum, multisq; aliis.

## 3.

**Q**uod de Tropis dictum est hacte-  
 nus, id de singulis eorum affectio-  
 nibus

nibus, cum verba ad subeundum  
 eos disponant ideoque segregari ne-  
 queant, præprimis vero, ut scopo  
 nostro appropinquemus magis, de  
*hyperbole* afferendum putamus, non  
 ignari, quam rigidos hujus censo-  
 res habeamus, qui eam, ac si spe-  
 cies esset mendacii, à DEO longe  
 alieni, prorsus indignam, qua uta-  
 tur Spiritus Sanctus, & ad quam in  
 locorum Scripturæ expositione fu-  
 giant Christiani, judicant, quos inter  
 Parens e cohorte Zwingianorum  
 hunc in modum scribit: *Hyperbolæ*  
*Scripturæ tribuere, est tribuere mendacium,*  
*quia hyperbole & id, quod dicitur supra*  
*veritatem, & est species mendacii.* Et  
 B. D. Meisn. ex orthodoxis de-  
 cad. I. ἀρθρωπ. disp. 5. q. 3. §. 4.  
 ita differit: *Omnis hyperbole rei verita-*  
*tem excedit, & habet speciem mendacit:*  
*Qui ergo hyperbolam loentionem DEO*  
*adscribunt, videant, ne ipsum mendacem*  
*faciant & blasphement.* Utut autem  
 zelus

zelus horum in eo sit pius & laudabilis, qvod nihil temere de DEO, nec qvicqvam naturæ ejus castissimæ maculam qvandam inurens, statuendum moneat, in hac tamen materia non adeo justus videtur & necessarius, cum salva sanctitate Divina, salva quoqve conscientia nostra affirmari ea possit, imo urgente in Scrip. rei veritate, luce meridiana clariore, omnino debeat, qvod, præmissis ad legem methodi definitione, divisione, & speciebus hyperboles, sequentibus probabimus.

## 4.

**Q**uoad originem & emphasin est hoc vocabulum omnibus, qui linguam Græcam, cui nataies debet, vel alimine salutarunt, notissimum, ab ὑπερβάλλει deductū, & ipsa significatione nativa, qvibus in Rhetorica usibus adhibetur, superlatioi verborum scil. solito altiori & audacio-  
ri,

ri, prodens, unde Hebræis הַפְלָגָה & Latinis <sup>הַבָּאִי</sup> audacia sat congrue appellatur: ast natura ejus per definitionem exprimenda majoris videtur esse difficultatis, imo fundatum, cui hæc inter Theologos & Philologos controversia magna ex parte innititur. Proinde ut inoffenso pede progreedi queamus, cum grano salis accipienda venie delineatio multis arridens talis; quæ veritas superatur rei augendæ & extenuandæ gratia. Non enim sine explicacione commoda tuto admitti potest: quippe quæ Hyperbolæ, ut veritatis oforem, menti repræsentat, indolem ipsi minime competentem adscribens. Ita namque comparatæ sunt locutiones hujusmodi, ut veritas earum non sensu literæ, (tum enim nulli darentur tropi nec quicquam esset verum, nisi proprium) sed ex intentione dicentis in significatu rei quodammodo ob circum-

stan-

stantias cum observandas conve-  
niente sit aestimanda. Unde non  
denotatur iis æque excellens & exi-  
guum, ac verba sonant auribus. Licet  
revera omni fundamento non de-  
stituantur; sed ei analogum quid  
tantum, compensante naturalem vo-  
cūn *ένεογειαν* affectus humani ve-  
hementiā, qva proferebantur. Com-  
modior ergo censemur merito descri-  
ptio alia, quam tradit Glassius Rhet.  
S. pag. 1386. qvæ *voces insolentius & au-*  
*daciūs rerum amplificandarum aut ex-*  
*tenuandarum gratia, o nativa significatio-*  
*nē in aliā traducuntur.* Hinc du-  
as esse species ejus patet illico, *ἀυ-*  
*γησιν & μάίωσιν*, qvarum illa in *am-*  
*plicatione*, hæc in *diminutione* rerum  
versatur: utraqve autem cum sit in  
duplici differentia, ut vel verbispro-  
priis fiat comparatio solito audacior:  
vel ipsæ voces a communi usu effe-  
rantur insolentius, hinc divisio Hy-  
perboles in *Logicam & Rhetoricam*, qvæ  
nunc

nunc in vocabulis simplicibus, nunc oratione integra se prodit.

## 5.

**H**orum omnium exempla occur-  
runt in Scriptura Sacra bene  
multa: unum ergo alterumve tantum  
ex utriusque Testamenti libris heic  
producam, cum exiguae hæ pagel-  
læ omnes non capiant, ut eo ipso  
sint indicio, quantus sit usus hyper-  
boles in textus Biblici explicatione,  
qvæ sine ea multis in locis commo-  
da & menti Spiritus S. congruens  
ottendi non potest. Primum ἀξιωματικό  
Rheticæ documentum esto collo-  
quium πυργοποιίαν Gen. 11. 4. de-  
scriptum, *adificemus nobis urbem & tur-  
rim, cuius caput ad cœlos usq; & ab ipso*  
jam Augustino, ceu patet Comment.  
in Gen. tale agnatum nequaquam  
fonticis absq; causis: nefas enim  
est tantam multitudinem & Ante-  
signanum in ea Nimrodum, qvi a-  
lia-

liarum rerum, politicarum in primis,  
fuit peritissimus, adeo ruderi cен-  
sere, ut cœli altitudinem, si non ex-  
acte, saltem quantum ad propositum  
illud, æstimare non didicerit, cum  
vel oculis suis id sine ratiocinio  
percipere potuisset ulteriori, longe  
certius beneficio astronomiæ, quam  
a primis temporibus excultam æ-  
tate jam Nini, successoris haud  
multo post Nimrodi, floruisse refe-  
runt Historiæ. Ecquis ergo per-  
pensis rite circumstantijs fateri non  
habet necesse, cœlum pro valde ex-  
cello positum, idque εὐφαντεῖς ob  
intentionem facinoris summe de-  
testabilem, qva æternum superbiæ  
monumentum erigere moliebantur  
isti homines. Alterum suppeditat  
David Psal. 6. 7. *natare faciam in o-*  
*mni nocte lectum meum, in lacrima*  
*mea liquefaciam spondam meam.* Ubi in-  
gentem cordis dolorem ex sensu i-  
rae & pænæ divinæ ortum, lachri-  
mis-

misqve præter morem uberiorioribus se exerentem, indicat hyperbole cuvis obvia. Hunc loqvendi modum ipsi qvoqve Christo familiarem fuisse in minis, præceptis, & informatione evincunt conciones Math. II. 23. *Et tu Capernaum, qvæ usque ad cœlum exaltata es, ad infernum demitteris.* Math. IO. 4. *Neminem per viam salutabitis, qvo discipulis Evangelium annunciaturis non injunxit, ut fratrnæ charitatis nraue, & morem inter Judæos usu receptum, tam salutarem (qvid enim salutatio aliud, qvam intimum cordis votum pro incolumentate proximi externis gestibus declaratum) magno obviam venientiū scandalo intermitterent; sed garrulitatem & oscitantiam prohibuit, qvæ illis, non secus ac colloquia prolixanegotium expedienti, ut plurimum potuit esse obstaculo.* Hanc obcausam Doct. Ofiand. in 2. Reg. 4. 29. ubi eadem occur-

occurrit phrasis ita: Non heic salutationis officium aufertur, sed obſtaculum impediendæ devotionis aboletur, ut quando mandantur divina, ſequeſtrentur humana. Huc referri meretur qvoq; Math. 5. 39. 40. 49. Qvicunq; percuſſerit te in maxillam dextram, obverte ipſi & aliam; volenti tibi judicium parari & tunicam tuam tollere dimitte ei & palium et qvicunq; euegerit te milliare u- nūm, vade cum eo duo. Qvorum non est ſenſus; ut uno malo affecti alio ſimili nos volentes illico objicia- mus, ut verba volunt; ſed ad injuriā vel dupli- cem potius perferen- dam, qvam ut vindictæ cupidi ul- lum proximo damnum inferamus, verbis affirmantibus pro contra- rię negatis admonemur. Nec D.Pau- lum abhorruisse Hyperbole liqvet voto ejus, qvo ſe rejectum iri a Chri- ſto pro fratribus ſecundum carnem optat Rom. 9. 3. ſcil. per amplificationem affectus vehementiam, qvæ hyper- bolen

bolen qvoque facit, teste Luth. in  
Comm. ad Psal. 12. & curam de sa-  
lute eorum incredibilem declarans.  
Alioquin id, ut voces sonant, intel-  
lectum omnino fuisse impossibile,  
variis modis impegiſſet in verbum  
DEI, qvin & modum obtinendæ  
salutis pervertere hoc Paulus, qvan-  
tū in ipso fuit, visus esſet. Item i. Cor. 4.  
*si decem millia Preceptorum habeatis in  
Christo, qvæ tamen in tanta paucitate  
Christianorum ejus civitatis dari  
non poterant, non multos tamen Pa-  
tres.* Pari modo Charitatis Christia-  
næ excellentiam i. Cor. 13. 1. & E-  
vangelii a se asserti veritatem Gal.  
1. 8. hypothesi *cx τῶν ἀδυάτων* de-  
monstrat hyperbolice. Et, ut alia  
longo ordine a Glassio aliisq; cita-  
ta, & hac ratione necessario expli-  
canda præteream, quo qvæſo redu-  
cendæ erunt tot appellationes San-  
ctorū qvibus Abraham se pulverem  
& cinerem corā Domino Gen. 18.27.

Da-

David pulicem & perdicem coram  
Saul. 1 sam. 26. 20. Mephiboseth  
mortuum canem coram Davide 2.  
Sam. 9. 8. Christus Salvator ver-  
mem P̄sal. 22. 7. Paulus minimum  
Apostolorum se agnoscunt, qvam  
ad extenuationem Rhetoricam? Qvo  
tot comparationes, Israelitarum  
cum locustis Num. 13. 34. gentium  
cum stilla in fitula. Elaj. 40. 15.  
magnatum umbra, vanitate & ni-  
hilo P̄sal. 62. 10. v. 14 4. 4. &c. qvam  
ad extenuationem Logicam?

## 6.

**H**æc exempla jam allata satis su-  
perqve indicant, qvam in fu-  
mum abeat ratio partis adversæ,  
efficacissimumqve præbent ex op-  
posito argumentnm, Hyperbole m ne-  
quaquam habere, nedum esse Speciem  
mendacii, cum ab ipso quoque Spiritu  
Sancto in Scriptura Sacra sit usitata, ut  
mole sua corruant omnia, in animo  
pie

pie cordati, qvæ huic opponere sollet curiositas humana, scil. Hyperbolæ variis perturbationibus & affectuum imperio post lapsum ortum debere, in statu perfectionis, si duraret, nullius usus futuram; tolerari posse in hominibus velut indicium infirmitatis qvoddam, qvi turbinibus concupiscentiarum justo vehementius, proh dolor! solent concuti & agitari: cum DEO vero his libero se rem aliter habere; esse figmentum Hominum: dare occasionem abusui vocum ad fallendos alios, &, si qvid utilitatis inde redundat, per accidens fieri. Non enim peccato, ut causæ efficienti tribuenda erit hujus origo, sed potius reæ rationi, qvæ occasionem inde summis hujus excogitandæ, mota ineffabili miseria & rebus aliis, quas sine indignatione vel admiratione intueri non poterat. Numen vero benignissimum eo est animo, ut cum  
ho-

hominibus humano more per homines agat & colloqvatur, qvo ita rei in Verbo DEI expressæ imago lectorum auditorumqve cordi phrasibus usu apud omnes positis altius imprimatur: eoqve libentius, qvod nulla in Hyperbole mendacii appareant vestigia, nulla reqvisita ubi enim heic intentio fallendi? ubi conceptuum a rebus error? ubi cordis ab ore difformitas? qvæ tamen, si cætera defint, illicita non est, ut pote in Christo longius se iturum simulante, DEO Abrahamum per maestationem filii probante, Parentibus & Præceptoribus liberorum discipulorumqve profectus & animum hoc modo expiscari solitis. Imo eo ipso qvo Hyperb. DEO removetur ob speciem mendacii, a piis qvoqve removenda esset, cum injunctum sit, ut non tantum malo, sed etiam mali specie abstineant. Nec obstat fictum quid hisce

tionibus videri; non enim omne quod-  
 singimus, mendacium est, sed quando id  
 singimus, quod nihil significat: cum au-  
 tem fictio nostra refertur ad aliquam si-  
 gnificationem, non est mendacium, sed  
 aliqua figura veritatis. Ut ictite At-  
 gusti objectioni huic occurrit lib. 2.  
 quæst. Evang. 9 41. Qui ergo  
 Hyperbolen ulterius impugnare  
 decreverunt, videant ne in Rheto-  
 ricam, ne dicam in S. Sacram sint  
 nimis injurii; rejecta enim hac ec-  
 qvid jure eodem reprehendi non  
 possit in ea? cum in nullo tropo-  
 rum verbis proprie sumtis respon-  
 deat veritas. Grave proinde da-  
 mnū sentiret Metonymia, adjunctū  
 pro subjecto, effectum pro causa, &  
 contra, alternans: synecdoche, par-  
 tem pro toto offerens & varians;  
 Metaphora prædicata rebus nun-  
 qvā competentia attribuens; & qvid  
 fiet de Ironia sensum verbis con-  
 trarium inferente? quæ tamen nemo

sinæ mentis damnavit hactenus in S. qvoque codice reperta, alioquin plus dumidia sui parte mutilaretur Rhetorica. Tuto ergo concludimus cum Amesio, Hyperboleum esse tantum excessum tropicæ locutionis, qvi orationem non falsam, sed vehementer tantum reddit & istiusmodi formas in sacris literis non infrequentes esse, ita ut sine blasphemia non possit falsum aut mendacium ex hyperbole inferri.

## 7.

**A**deo efficaciter perstringit animos splendor veritatis hac in re, ut, qvod rarissimum est concordia exemplum, viri eruditissimi ex omnibus tere sectis ad Hyperbolam junctis viribus ore & calamo propugnandum concurrant. Hac mente prodit e castris Rabbinorum R. Salomo, dum ad Deut. I. 18. ita scri-

רְמֹו חֲפֹתִים בַּלְשׁוֹן הַבָּאֵי  
 locutæ sunt scripturæ Hyperbolice.  
 Huic consentientes esse Papistas in-  
 dicat os Jetuvitici ordinis Bellarm:  
 1.4. de Pœnit: 1.10. & Maldonatus  
 Math. 19. 24. ita exponens; erat  
 hæc proverbialis vulgo, locutio, qva  
 cum aliqvid impossibile signi-  
 ficabatur, dicebatur Camelum faci-  
 lius per acus foramen transiturum,  
 qvam id fieri; qva formula etiam  
 Talmudistæ utuntur, ut multi docti  
 viri notarunt. Est autem Hyper-  
 bole & exaggeratio talis, qvalis in  
 proverbiis esse solet. Calviniano-  
 rum vota exhibent acta Synod.  
 Dordrac. in explicatione Matth.  
 II. 21. ubi meram exprobrationem  
 Hyperbolicam ad incolas urbium  
 Corazin & Betſaidæ contineri sta-  
 tuunt, & perinde esse, cum Chri-  
 stus ait, Tyrios & Sidonios aëtu-  
 ros pœnitentiam, si miracula edi-  
 disset in urbibus modo nominatis

pa-

patrata, ac si qvis dicat hoc vel illud futurum, si parietes loquantur, cœci videant, pueri argumententur. *Opus-  
yrius 85* his declarant se Photinianæ religioni addicti & hos inter Smalcius a Jacobo c. 3. 2. Hyperbolice dictum esse contendens; omnes in multis labi; nec non Psal. 143. ne unum quidem esse, a DЕo qvi' non declinaverit, qvæ passim occurunt in libris Theologorum & prolixe recensentur a D. Hacksp. in lib. Misc. Lutheranorum testimonia heic coacervare supersedeo, cum res hæc fere apud omnes sit in confessio.

## 8.

**E**o vero fine hos auctores a nobis esse citatos nemo existimet, ac si loca singula Hyperbolice ab iis exposita vellemus approbare; veritatis enim viribus convicti, cum affectionem hanc in multis scripturæ dictis admittere cogantur, ad de-  
tor-

tortionem longe plurium & tegmen præconceptarum opinionum ea iropudenter abuti volunt. Hæc asylum Socinianorum quoties dictis classicis peccatum originale adstruentibus premuntur ab orthodoxis, ut videre licet in Socini Prælect: c. 4 p. 12. Osterod. instit: c. 33. Smalc. contra Franz. disp. 2. de pecc. Orig. ubi omnem movent lapidem, ut Psalmi 51. v. 7. Hyperbolicum esse peccatis actualibus exaggerandis inservientem statuminare possint. Hæc telum Pontificiorum, quo eludere solent loca liberum arbitrium evertentia, imprimis Gen. 6. 5. omne figmentum cogitationum cordis tantum malum omni die. quod enervaturi Pererius l. 8. in Gen. disp 5. & Bellarm l. 5. de A. G. urgent Hyperbolam, siquidem paulo post Noach prædicatur justus & perfectus in suis generationibus, non animadvententes triplici signo  
uni

universalitatis subjecti; actus &  
temporis ipsum quoque Noachum,  
qui per gratiam talis extitit, comprehendendi. Sic multi alii quoque,  
dum unum extremorum vitare  
student in aliud summo suo malo  
impingunt. Ut ergo ad monitum  
Phaetontis medio tutissimi eamus,  
h. e. Hyperbolēn in dictis Scripturæ interpretandis nec a spiritu DEI  
assertam negemus, nec textui ab  
ipso non intentam inferamus, omni-  
um primo necessarium videtur, at-  
tendere occasionibus usurpandæ illius  
habitum? quas ex accurata exem-  
plorum evidentissimorum considera-  
tione subministratas deprehen-  
demus ut plurimum laudibus &  
vituperiis, comparisonibus & de-  
scriptionibus, prophetiis, exhorta-  
tionibus, aliisque hujus generis, quæ  
singulari cum affectu solent efferrī  
& perturbationem vehementem a-  
pud auditores excitare, plane incre-  
dibi-

dibilia qvæ videntur, ut intelligantur pene incredibilia, lætitia vel dolore, spe vel metu ruminanda menti proponendo; qvin & in præceptis locum habere aliquando, si proverbii apud qvosvis usu receptis exprimantur. Deinde sedulo cavendum erit, ne vel in his nedum aliis in locis, ubi sermo ex professio instituitur de aliquo articulo fidei, a sensu proprio ad Hyperbolēn fiat transitus, nisi materia substrata, circumstantiarum scrutinium, antecedentium & consequentium nexus, locorum parallelorum collatio &c. ab interprete sollicite observanda suppeditent causam necessariam, manifestam, sufficientem; tum DEO illuminante & Scylla vitatur & Carybdis.

SIT GLORIA ALTISSIMO!

